te siue accidens sit discrasie stomachi siue sit per se morbus
v^l quia longitudinem febris sequantur. Differt at̄ quia
que accidens est stomachi indicationem habet a particula
patientē: alia vero non nulla existente in ea particula prin
cipaliter patiente. Hec est cura male complexionis sto
maci cum materia in ḡnali ⁊ sp̄ali. Ex quibus potens

ad eum libet particularis curationem accedere ratione
 inducens finatura sapiens et mente fueris exercitatus.
 Demceps medians oppositas subiungemus ad illas ra-
 tionabiles et expertas. Comitiuuz hyp. quod facit facie
 vomere et abstergit viscolam cachochimia tunicis sto-
 matici imperentem. In principio comexionis sue come-
 dat duas cepas vel quatuor. Et accipiat ex cepis narci-
 sci pondus aureorum quatuor aut quinque: et post ci-
 bum suum incidantur et eligentur cum aceto et ex illa aq-
 uibatur qui vult vomere. Ipsum enim bonum facit vo-
 mitus eicere quod est q: in cepe narcisci est virtus attra-
 ctiva: qua abstergit. Galienus dixit: aliud filijsera. tera-
 tur sinapis: et projiciantur super ipsum capita rasani: et
 comedatur et bibatur super ipsum aqua calida: et mel et i-
 nissa pena vomat. Confectio collirij: et clisteris: posita
 est supra in cura malitie plexionis meri et est filij serap.
 est enim valde conueniens in educendo materiam in su-
 do stomaci situata: et est fortis attractionis. Aliud colli-
 rium trahens materiam a superioribus: et est secundum
 inuentionem nostram. Pulpe colochintide pulueriza-
 te. 3. 5. salis gemme. 3. ij. stercois muris. Et baurac ana
 3. iij. Serapini. Armoniaci: ana. 3. j. conficiantur cum mel-
 le et decoquantur: et in formantur ad modum dactili: et
 inmittantur vnum ex eis. Confectio clisteris attractiui
 secundum intentionem nostram in aqua decoctionis po-
 lipodij foliorum mercuri al centaure asari anisi et fenicu-
 li ana. 3. 5. surfuris manipuluz vnum bulliant. pulpe co-
 loquintide tertia pars. 3. serapini armoniaci ana. 3. q. r-
 ta. Et dissoluatur mellis comunis. 3. ij. succi blitis. 3.
 ij. hyerepigre laxatiue. 3. iij. olei cucumeris asinini. 3. 5.
 salis gemme. 3. 5. et immitte. Confectio hyerepigre Bali.
 Camamomi pilobalsami asari spice croci diamasticis
 ana. 3. j. aloes. 3. 5. Si vero locus non fuerit aloes suffici-
 enter euacuat: locus vero min^o purgat: corroborat autez
 magis ventrem. Quidam ante hoc facinacum miscet ea-
 spumato melle et melius coferuetur et addatur. Quidam
 vero succum dant et melius: magis enim subducit et ma-
 gis roborat ventrem: dosis vero comunis i duoz coele-
 ariorum mediocrium magna vero duoz magnorum mi-
 nor vero idest coclearis cum aque tepide tribus ciatis va-
 cuo ventre. Hoc enim facinacum abstergit optime ca-
 chochimia tunicarum ventris: et confortat ipsum vt no-
 regeneret et minus quod influere consuevit recipiat. Qui-
 dam vero dant in aqua absinthij quando in stomacho est
 materia calida. Inquit Scupatozium et absinthij vir-
 tutem habent et proprietatem confortandi epar frigiduz
 aperiendi suos ductus et abstergendi: et spica castia et si-
 sticum: et similiter endiuia frigidum vt dicit Albo. Et il-
 lud idem operantur confectiones earum vt sirupi troci.
 decoctiones epithimata: et eplasta. Inquit quoqz B.
 scolopendria: et cortex caparorum virtutem et proprietate
 habent confortandi splenem aperiendi et abstergendi du-
 ctus eius. Et illud idem operantur confectiones eozum:
 vt sirupi troci. decoctiones epithimata: et eplasta. Et
 diximus in libro consolationis vbi de virtute simpliciu
 te scire fecimus q sicados et isopus ortensis virtutem
 et proprietatem habent confortandi crebrum et mundi-
 ficandi et aperiendi et abstergendi ductus eius. Simili-
 et confectiones eorum vt sirupi decoctionis epithimata
 et eplasta. Et caput purgum etiam factuz ex succo hy-

reos commouet sternutationem et bucit per vias nasi su-
 perfluitates ex cerebro plurimas: pronas fluere corpo-
 ris ad partes occultas ex quibus est stomachus. Et caput
 purgum ex semine vrtice vel nigelle cum aceto et euapo-
 ratio cum aceto aperit oppilationes colatorij: et ozimuz
 gariofilatum comestum et odoratum: et calamentum: et
 similia. Inquit Albohali carnes vaccine cum aceto cori-
 andro et croco confortant stomachuz et prohibent effusio-
 nem materierum calidarum ad ipsum. Et illud idez eti-
 am operatur emplastrum ex solijs rubi cum sanicordij
 Item sacelli ex inuentione nostra ad idem. R. granozuz
 mirti sumac: ana. 3. ij. rosarum immaturarum cum stipi-
 tibus. 3. v. absinthij loti in aqua ro. 3. 5. cori adri. 3. j. spo-
 dij sandali rubei: ana. 3. iij. bulliant in aqua ro. cum suc-
 citonioruz: et quandoque additur parū aceti calidi et sunt
 experti. Et si ex predictis feceris emplastrum est ppiū
 Item oleum onfacinum rosatum: de citonijs de balau-
 stia operantur idem. Confectio de citonijs confortans
 stomachum et prohibens ipsuz recipere humores calidos
 et est. Albo. R. citoniorum asatorum in massa quantita-
 tem. 3. iij. croci absinthij ana. 3. ij. 5. olei masticis arboris
 et olei de citonijs ana. 3. iij. Conficiantur cum vino o-
 dozifero. Et epithimetur stomachus. Sirupus de acre-
 sta conferens ad stomachum calidum: et solutionem natu-
 re ex colera citrina: et egritudines accidentes ex corrup-
 tione aeris et abscondit sitim et stringit stomachum pregnā-
 tis donec non recipiat humores melancolicos et coleri-
 cos et confortat embriorem et stringit ipsum cuius per-
 mixtio est. R. succi agreste lib. ij. et coquatur donec com-
 sumatur medietas et coletur: et dimittatur vna die: de-
 inde reducat ad ollam in secundaz die: et decoqua-
 tur cum pondere. 3. ij. de gariof. donec consumatur gra-
 uis odor eius: et donec fiat ei spissitudo substātie vt rob
 et coletur et reponatur: et administratur. Et si vis adde
 zuchari quantitatem quamuis secundaz quantitātē sub-
 tilitatis agreste et spissitudinis eius et est serapidis. Con-
 sectio miue aceto: nostra illud idem operatur. Et etiam
 trocisci de spodio et de ro. et rob mirre de succo granato-
 rum dulcium acetosorum et mizorum: et rob de ribes.
 Sed miua aromatica confortat stomachū frigidum vt non
 recipiat superfluitas flegmaticas decurrentes ad ipsuz.
 Item sacelli et emplasta ex predictis calidis simul mixtis
 et electis idem operantur: et ex expertis sunt. R. mente sic-
 ce substātie absinthij loti in aqua ro. donec remoueat
 malitia odoris sancti: ana. 3. j. mirtilorum: balaustraz
 ana. 3. j. spice. 3. j. gallie mus. ciperi mirre ana. 3. j. 5. masti-
 cis thuris masculi ana. 3. ij. conterantur et recludantur i
 sacculis bulliant in vino stiptico et applicentur. Et si em-
 pla pficere velis addas masticis duplū et laudai medie-
 tatem olei nardini et cere qtu sufficit et vtere. Item ele-
 ctuariuz ex inctide nra ad hoc pbatū et expertū. R. carniū
 citonioruz decoctoꝝ in aq et vno stiptico. 3. v. ciamomi. 3.
 ij. spice. 3. 5. macis galie mus. ana. 3. ij. nucis mus. 3. j. galā
 ge. 3. 5. pipis albi. 3. j. zinz. 3. 5. coruū citri rosa. imatura.
 ana. 3. ij. aloaloes. 3. 5. gūmi arabici et draga. ana. 3. j. siru-
 ro. de cōtice citri et melisse: qd sufficit. Sic pfecto nra de
 citōijs cū spēb^o et aroma. in antidotario nro descripta idē
 opat. Et qdā masticē vt tātu āomū addit. Sic elim de
 scoria ferri ad hūozositatez sūdaci cū calate et est filij sera.
 R. scorie ferri iusse i aceto septē dieb^o et colet et frigatur

in patella & terantur. 3. v. mirabolanoꝝ; kebulonoꝝ; emblicozum belliricoꝝ; radicu liqritie ro. sgnanti: ana. ʒ. Et cōfice cū zucharo taberzet & dentur ex eo. 3. iij. cum aqua maloz. Item aliud confortans stomachū: & exiccās humiditatem eius cū frigiditate. ℞. trium mirobolanoꝝ p̄dictozum radicu liqritie: zinziberis xiloaloes crudi: nucis mus. gallie rosariū spice squinati mastic. oīz ʒ. an. 3. ʒ. musci. ʒ. i. limature acū fm pondus medicinarum q̄ infundātur in vīo odorifero septem diebus: deinde frīgantur in sartagine & teratur & linias cū oleo de amigdalīs dulcib⁹. Et conficiantur cū melle: & dent ex eo aure. ij. cū vīno odorifero atiquo aut mīua aromatica. Et si quidem detineatur pp̄ stipticitatem eius i stomacho p̄ ipsum sumatur mane. ʒ. i. cū gelemabin vel cassia. qm̄ educit abstergendo & confortat. Trifera mundificās stomachū mollificatum ab hūiditate & resoluēs ventositatem & calcfacit ipsum. ℞. mirobo. citrinoꝝ. ʒ. ʒ. mirob. nigroꝝ emblicozū: & belliricoꝝ; ana. ʒ. ʒ. radicum liqritie paslulaz mundatarum ab interioribus suis ana. ʒ. v. mastic. cinami ana. ʒ. ij. terantur & cribellētur: & liniant cum butiro vacino. Et conficiantur cum melle dispensato: & administratur pondus. ʒ. ij. cū aq̄ tepida. Elin ad hūiditatem stomachi cuius p̄mixtio est. ℞. mirobolano. emblicozū zinziberis ana. ʒ. ij. heil anisi mastic. ana. ʒ. ij. terantur & cribellentur. Et confice cō melle: & detur ex eo pondus. ʒ. ij. cū aq̄ calida vel vīno & est exptum. Item aliud de nerfintia & accipe ante cibū & post. Et confert ei in cuius stōaco ē hūiditas mucilaginosā. ℞. heil pondus. ʒ. j. cardamomi cinami ana. ʒ. j. musci. ʒ. iij. zinziberis. ʒ. v. macropipis. ʒ. v. gare. cinamo. ana. ʒ. ij. zuchari taberzet. ʒ. ʒ. terantur & conficiantur & vant. ʒ. ij. Cōfectio farmaci de succo citoniorum quam posuit G. ad illos q̄ discrasiam frigidā & hūmidā stomachi habent accachochimiam aggregāt flegmaticā & que a capite ifluxam vel colericā vel vtrunq; & cōfortat & prohibet ne recipiat superfluitates influxas & resoluens & exiccans q̄ influxa est & ḡnata. puocat appetitū & inuat eos qui non bene digerunt. ℞. succi citoniorum nouoz & stifiantium id est ponticoꝝ; sextaria duo romanoꝝ; mellis electi: & dispumati tantundem aceti sextarium. i. ʒ. decoquātur super carbones moderate & miscantur: zinziberis. ʒ. iij. piperis albi. ʒ. ij. & ita infimul ardentibus carbonibus coque quousq; ad mediāz cōsistentiam in quali stomachica farmacozum construūtur. **N**Doc etiam farmacum q̄fert his qui imbecille hnt epar dosis est coclear. i. comēsuratum in ieiunio: ante cibū per. ij. vel. iij. horas neque nocet etiam si post cibum accipiat quis. S; ita cōfectum confert his qui discrasiatum fm frigiditatez hnt stōacum & cachochimiam flegmaticā aggregāt. Illis autem qui discrasiatum hnt fm caliditatem & plenum colā auferatur zinziber: & piper. Sed illis qui medij sunt viduum p̄dicte ʒmoderationis zinz. imitte. aromaticū ro. descriptione Gabrielis & elefagine boni saporis est cōueniens in hoc casu vbi adsint dispōnes i qb⁹ cū lauda.

Capitulū octauū de cura egritudinū i plasmate & p̄mo d̄i r̄gine ei⁹ cui⁹ stōac⁹ ē rotund⁹ & pu⁹ & p̄esus magn⁹. Tomaco etiam q̄nq; accidit egritudo istrumtalis in si iura q̄ cū debeat naturali rer esse oblog⁹ sit rotundus & in q̄titate q̄ sit p̄ u⁹ p̄ p̄atōnem ad corpus p̄ quo coquere ci-

bum habet ac in situ q̄ sit superi⁹ nimis & iuxta diafragma p̄pensus & q̄nq; tales egritudines ei simul contingere p̄nt: & q̄nq; vnaq; per se. **E**nde G. ait manifestū qm̄ duo & tria peccata sic inesse p̄nt vt q̄ stomachus sit rotundus paruus & propensus iuxta diafragma. Lūis cā est interior: tantum: q̄ error nature solū q̄tum ad figuram & situm: & eius cause & materie q̄tū ad paruitatē & cognoscitur ex tumore rotūdo tensione & malitia anhelit⁹ ap̄ cibi repletionem apparente in superiori ventre & ructatio proprie absq; quod tactus inueniat dolorem in eo & p̄uuatione eius apud mantitionē. Et tamen curari nō potest secundum G. in tegni sicut nec mala figura & situs alioꝝ; membrorum inferiorū. Et proprie in p̄cedentibus multum vltra natiuitatem & maxime post augmentum pōt tñ alleuari & remediari a prauitate & nocumēto ipsius cū regimine zueniente & proprie cibi & potus. Et est. vj. cibis detur facil⁹ digestio & potus parum & sepe. put G. edocuit. Et in alijs regatur non naturali bus put digestioni complende zueniūt: quod infra vicemus diuino auxilio zidentes. Paruitas vero eius curari poterit per additionem cibi & potus calidi & hūidi paulatine factam & per fricationēz cataplata empla q̄ rubificantibus trahentibus sanguinez ad ipm̄ dōec magnitudine sufficientē accipiat conuenientem corpori infra adoloscetiam donec corpus sit in augmento. Et ē talis paruitas toti corpori nocua: sicut sup̄flua est magnitudo in quo sunt corrigibiles magis quā in alijs membrīs interioribus: tñ propter positionem eius cum iuxta exteriora magis alijs membrīs sint situatus: ita q̄ absq; multo medio potest attingi: tum etiam q̄ eius officium est p̄mo recipere cibum & potum ab exteriori & medicinas quibus augmentari poterit infra adoloscetiaz: & post ipsam naturali completo augmento dilatari & extendi vt dictum est non tamen augmentari vere cum verum augmentum a natura sit sola & terminus eius p̄fixus. Inquit enim Galienus solius igitur nature ē distrahere vndiq; facere q̄num sibi manens & p̄ncipalez custodiens speciem: corpus adhuc. Et hec est augmentatio sine influenti & applicato cibo non potēs fieri. Aristoteles quoque ait omnium. n. natura zstantiuz terminus ē & ratio magnitudinis & augmenti q̄ ad vigesimum quintum annum: vel trigesimalū vt Johanni tius dicit. Magnitudo quoq; cum fascia cincta & stricte sup̄ligata: & cum paucitate cibi & potus & gete curat. **C**apitulū nonum de cura egritudinū stomachi in vij. scilicet oppilationis eius.

Ecidit ēt stōaco egritudo istrumtali i potis & ductib⁹ & viis ei⁹ q̄ opilatio ē. phibens trāsitu ei⁹ qd̄ v̄ire ab alijs m̄bris ad eū ordinauit natura ei⁹ qd̄ ab eo ipellit ad alia: istituit & expellit. Pōt autē ē multiplex vna q̄ est i neruis q̄ sunt iter cerebrum & os ei⁹ cōtinuātes: phibēs trāsitu spūs sensibil ad ipm̄. Secūda ē pōt i poro que est inter splenem & ipsū prohibēs trāsitu mlie quam trāsmiti ordinauit natura ad ei⁹ excitandū appetitū. Tertia ē pōt in via que est inter os & ip̄z prohibēs trāsitu cibi vt est opilatio menti de qua supra dixim⁹. Quarta potēs ē opilatio que ē in venis que sunt inter epar & ipsum per quas confertur illi epar mittete sanguinē ad nutriendum ipsum.

Quinta potest esse in via que est inter ipsum & anus seu
rectum intestinum prohibens transitum superfuitatus
ipsius quas expellere consuevit ad ipsum ut est oppilatio
intestinorum. Sexta est que est in venis meseraicis phi-
bens transitum choli generati in eo quem impellere co-
suevit ad epas. Illarum omnium causa est duplex: exte-
rior ut frigiditas aeris & constrictio adueniens: & plurimū
est interior: aliqua ex illis quas in opilationibus meri no-
minauimus & plurimum humoralis. Et ex illis est cata-
rus descendens ad ipsum & malitia digestionis que ē cā
generalis. Signa prime sunt paruitas appetitus absq̃
quod imeniat in stomacho malitia complexionis seu
alta egritudo cū perseuerantia digestionis in dispositio-
ne sua: nisi aliud sit quod impediatur: & paruitas sensus a-
pud deglutionem rei acute pūgentis vel mordicantis:
nec accidit singultus etiam si in ieiunio sumatur. Secū-
de signū est paruitas appetitus cū grossitie splenis. Ter-
tie signum superius habuisti: quare signum est situs in-
tertia in principio: in processu vero ipsius minor: accidit
& defectio omnium operationum eius & consumptio: &
arefactio totius corporis ex arefactione ipsius priuato si-
bi soluto sanguinis alimento absq̃ causa aliqua appare-
te illius. Quinte vero signa sunt accidentia ileos & colice.
Sexte signum est multitudo egestionis & humiditas
ipsius & proprie chilose: & situs & paruitas sanguis:
& per consequens alteratio coloris ad pallorem & consū-
pūo vel extenuatio corporis & defectio. Sed signa cā-
rum ipsarum tam exteriorum quam interiorū ex signis
causarum oppilationū meri comprehendere poteris &
generaliter etiam curam: si prudens natura fueris: & mē-
te exercitatus.

Et autem cura eius duplex generalis scilicet
& specialis: generalis est aperitio eius ex
medicinis aperitiuis & generalibus omnib⁹
oppilationibus talibus. Et ex simplicibus est
spica. Et ex compositis hyera & proprie cū aq̃ absinthij
parua & magna. Ex cibis aque cicercum cum decoctione
spice: vel radicum cōmunium. Et ex potibus viniū cla-
rum subtile purum vel mixtum prout dispositio exigit
& proprie cum aqua ferrea. Et breuiter omne regimen a-
peritiuum & curatiuum nocumentorum exteriorum cau-
saram quod ex predictis & dicendis est manifestum. S3
cura spālis ē abscissio spāliū cāx sicut abscissio pme ē cu-
ra catari quā superius diximus & malitie digestionis sto-
maci: quam subiungemus. Et ex conuenientibus huic
oppilationi est colus oleum eius & spica: vehemēter. n.
in neruorum oppilationibus comedatur: & istorū ma-
xime cum in assumptione eorum immediatius attingā-
tur: secunde cura est cum incidentibus & abstergentib⁹
ut est hyera & aqua absinthij: & corticū capparū & sirup⁹
ex eis: sed tertie dura est dicta. Quarte cura est cū hye-
ra & absinthij cuscute & eupatorij decoctione proprie: s3
cura quinte est cura yliace & colice quam infra ponem⁹
sed sexte & vltime cura est cum clisteribus ex aqua mel-
lis & hyera & cum bibitione ipsius. Et breuiter eius cu-
ra est cura fluxus chilosi quam inferius subiungemus si
succedat nobis pietas trinitatis. Insuper te scire volum⁹
quod largitas vitorū ductuum pororum sine via
rum egritudinalis maxime accidit: q̃ si contingat per cu-

ram oppilationis: s̄riā: s̄riam exercebis curam eius. In-
quit abohaly cuscute apit oppilationes stomachi & cala-
mus aromaticus cum semine apij & melle & marmacur
aperit oppilationes viscerum.

**Capitulum decimum de cura repletōis stomachi si-
mitem nauſeatie ſacietatis & inanitiōis ipſius &c.**

Repletio seu facietas nauſeatua est egritudo
instrumentalis veniens stomacho in eius con-
cauitate receptionis cibi & pot⁹ a natura or-
dinata. Est autē repletio ipſi⁹ ſupflua primo
rum ciborum & potuum crapulosa: & quādoq; humoro-
sa: flegmatica obtundens ſenſum ſtomaci quare nec ſa-
meſcit: ſed potius nauſeatur deſiderans eam expellere
& non valet propter adherentiam & viſcoſitatem eius in
tunicis & villis eius. Et cauſa huius est duplex aut exte-
rior: & materialis ut cibus & potus: aut interior: & efficiēs
ut est mala complexio in ſtomaco acquiſita in eo mate-
riam generās: aut ei a toto corpore vel alijs membris in-
fluxa ſigna. Et eius ſigna ſunt grauēdo in ſtomaco cuz
nauſea. Et quādoq; ē ſingultus: & dolor ſtomaci & eru-
ctatio acetosa vel ſumoſa fetida & inſtatio in ventre &
hypocundrijs & conſtipatio: q̃nq; lubricitas: & inſlatō ſa-
ciei: & proprie in conchis oculorum anhelitus & pigritia
& tarditas motuum & coloris palledo vel citrinitas quā
doq; ſed ſigna gñationis cāe eius. ſ. hūoralis in ſtomaco
vel que ſit inſluxa ex his que diximus ſupra de ſignis ma-
le complexiōis cū materia poſſūt hēri: etia; ſi ſit ſlegma-
tica vel colerica mixta: & ſi ſit exterior: eſt māiſteſta. Cu-
ra & ſilur cura ei⁹ ē cu. illi⁹: nā cōſiſtit i q̃tuor ſicut illa. In-
euacuando repletōem. Inq̃t enim hypo. ex plenitudine
quecūq; egritudines fuerint: euacuatio ſanat &c. Et ſi q̃
de ſe ex cibus & potibus altero cōplebit ipſa. Aut vomitu
ſi recens ſit & nō incepta digerit ſm. **Q̃** aut ſi in via
digestiōis ſit cū his: q̃ inuādō digestiōne cū deſcēſu
ei⁹ de ſtōaco opant q̃lia ſunt pip lōgū & diatrion & ſemē
raphani p̄miſſum & cū deſcēderit ad inſteſtina cuz eneg-
mate anteq̃ trāſeat ad ſecundā: quod ſi trāſierit cuz ſle-
bot. vel ſarmatiā cōplebit pprie ſi fuerit ex hūoribus vo-
mitu aut ſoluti de vētris. Et abſtinētia eſt cōis in rectifi-
cando inbroy diſpō. & ſfortā. ſ. gērātū mittētū & recipi.
in rectifi. ſguſt. Et i accidētia q̃ ex ſignis: hic poſitis col-
ligere poteris: & copīa eoy q̃ illa cōplēt & etiā modū eoy
& apertum eoy vſum tibi tradidimus ſeriōe.

**Capitulum vndecimū de cura inſtationis ſtomaci
rugi⁹ tremoris & gurgulationis ipſius.**

Inſtatio ſtomaci eſt etiā egritudo inſtrumē-
talis ipſi⁹ cōcauitatis eius. **Q̃** ſi cā, cōduplex
intriſeca. ſ. & extrinſeca: intriſeca duplex ime-
diata & mediata. Et imediata eſt ventofitas
groſſa multa quieta incluſa in concauo ſtomaci repleni
concauum ipſius & extendens tunicas eius: ſed cā media-
ta eſt: aut ex pte ſtomaci & cōplexionis eius & eſt efficiēs
aut ex pte cibi & potus vel humoris & ē materialis. **Q̃**
pte autē complexionis & caloris ſtomaci que in generā-
do vētoſitatē: cauſa efficiēs eſt ut q̃ ſit caliditas ſtomaci
alterans pauca debilis que cū agit in cibum temperat⁹
ſtomaco aduenientem vel in humore in eo cōtētū nō p-
fecte coqt & digerit: ſ3 ei⁹ pte ſubtile hūidā: aut aquoſaz
diſſoluit: & inētū quertit tempata autem caliditas illam
conſumit niſi ſit multa quam conſumere nequeat frigidi

tas vehemens congelat non dissoluit sic ventositate: nec generat proinde estatis tempore propter caliditatem eius acutam non conuertuntur in ventum vel nubem: et in hie me propter frigiditatem intensam emanationes: et vapores peruenientes ex terra et aqua non conuertuntur in ventum vel nubem sic ventus vel nubes consumptis vel congelatis illis predictis temporibus non apparent sed vere et autumnio propter tepiditatem caliditatis per modum dissolutionis agentis. Ex parte vero cibi et potus vel humorum qui sunt in generatione eius ut materialis est vel quia in se ipso habet humiditatem extraneam cibum et sunt legumina et alia similia ex herbis et fructibus. Et potus vel vna grossa et dulcia multe commixtionis: et aqua grossa mellis crudi et similia: et humor qui sit flegmaticus grossus viscosus frigidus et humidus vel ficus mlicus multiplicatus in eo propter egritudinem splenis in quos calor stomachi alterans cum agit licet sit temperatus et equalis ut in sano corpore extrahit illam humiditatem et exarancam non potest coquere et commassare bene sed dissoluit in vaporem et ventum sicut si temperatio igni grossa ligna viridia vel aquosa super ponantur est videre quod multum fumum generant: atequa superet et comburet ea. Si vero igni fortiori vel fortissimo immittantur statim consumit et superat et comburunt ea nulla vel pauca effumatione resultate ex ipsis. Sic quoque si calor stomachi sit fontis predictos cibum et potus et humores presentes coquit et digerit nulla vel pauca ventositate resultante ex eis nisi forte non sit tam fortis quod possit super valere eis vel quia forte quantitate excedant quam nequeant superare. Et illud innuit. Galienus cum multum calida in dolore colico prohibuit ministrari. Si vero ex vtriusque parte contingat vtroque dicto erit modo. Extrinseca vero causa est quelibet res debilitans calorem stomachi in actu digestionis super insurgens exterius: sicut si acri multum calido resolventi vel frigido exponantur et similiter balneo vel forti exercitio sumpto cibo exponantur corpora vel frigida potetur aqua et breuiter si illis adueniat: quecumque sit ex causis debilitantibus: digestionem: quas infra sufficienter christo proprio intendimus numerare. Et signa et cause eius immediate sunt tensio cum dolore: quandoque absque grauitate multa qualis in naucauiua facietate existit: nisi sit propter multitudinem cibi et potus vel humorum et absque sonitu ut in rugitu vel gurgulatione contingit: quia in hac ventositas est quata: et compassione sedatur. In illis vero non est commota simpliciter: ut in rugitu vel humiditate aquose commixta ut in gurgulatione. Nisi sumpto potu quoniam tunc etiam si temperatus vel modicus existit sonitus commotionis eius et fluctuationis in vacuo apud commotionem corporis percipies manifeste. Sed signum cause efficientis est ex rememorazione debilitatis digestionis stomachi: que preterijt et frequenter accidit: et quando bonitas regiminis in omnibus aderit cum priuatione signorum repletionis cacochymie humoris flegmatici vel melancolici nullis apparente ex exterioribus causis. Sed signum quod sit ex cibis in substantia qualitate vel quantitate vel alijs operantibus in ventositatis generatione est inuentio ipsorum cum priuatione predictorum. Et cum permutatione ipsorum cessat. Signum vero quod sit ex humoribus est signum abundantis cacochymie ipsorum

in toto corpore: et proprie in stomacho cum predictorum priuatione. Sed signum quod sit in humore flegmatico est quod est sine siti: et humiditate oris ac lingue ac infectione eius ex illo. Sed si sit ex melancolico siccitas erit oris et lingue. Et signum vtriusque erit ex vtriusque confusum. Et poteris generale signum super omnes causas comprehendere ex totius corporis complexionem habitudine consuetudine etate regimine: et alijs circumstantijs. Signum vero exterioris cause est eius inuentio que tibi vel ex resolutione infirmi vel astantium est manifesta. Et vna inflationis stomachi est due res. Prima respicit causam immediatam scilicet ventositatem: magis leuitem stomachum resoluendam. Secunda dirigitur ad causam mediatam abscondendam. Prima est generalis in alijs subsequenteribus obseruanda. Omnes enim vel debent esse ventositatis resolutiue vel resolutiuis admixte confortatiue quoque vel confortatiuis stomachi mixte. Et ex conuenientibus stomacho et grosse ventositati est. Auda cocha cum vino sumpta: secunda est triplex: prima dirigitur ad causam materialem extrinsecam cibi et potus: secunda vertitur ad causam materialem intrinsecam humorosam: sed tertia ad causam efficientem scilicet digestionem stomachi debilitatam. Primam complent carminantia extenuantia et resoluentia ventositatem. Que in cura meri superius habuisti. Secunda complent mutatio cibi et potus ventosi ad cibum et potum facili digestionis paucarum superfluitatum quam superius habuisti habentem in se virtutem resolutiuam ventositatis admixtam. Et conuersio vniuersalis regiminis ad regimē resolutiuam ventositatis et confortatiuum quod in proprio loco dicemus. Tertiam vero complent incidua et abstergentia materiam humorosam et educuntia per vomitum: vel per sensum absque stomachi lesione que superius habuisti: sed quartam et vltimam rem complent que digestionem stomachi debilem habent confortare: quorum in fra ipso duce faciemus capitulum speciale.

Ugatus ex predictis patet quod est precosionis ventositatis non multe simplici vel pauce humiditati commixte in concauo stomachi impetuose commote in rectum ex arto loco in amplum. Et quandoque versus inferiorem partem intestinorum vel superiorem ut in eructatione contingit differens ab inflatione in qua ventositas erat multa extendens et queta sine sono ut superius habuisti et a gurgulatione: in qua humiditas est commota sola vel pauce ventositati admixta proinde est cum sono obtuso non claro ut est rugitus sicut voluit. B. Et a tormone in qua paulatim commota in gurru acuta humiditas vel ventositas vel vtraque equaliter iuncta absque sono. Quorum causa et signa ex predictis sunt manifesta. Et cura similis est cure inflati. facilius tamen iquantur eorum causa seu materia non est queta iclusa sed commota explendi per superius aut inferius prompta. Et ut expulsiōne complet simplicia et composita ex medicis coia que superius habuisti: et propria que sequuntur. Ex simplicibus appropriatis inflati stomachi sunt darasec sicca et mirra pura. Zimpy: et sciculus bibit cum aqua mentha. Et ex coib: vntis fortis est castoreus: cipum nigella spica ameos semen coriandri macis cimi. gar. Et commouctia eructatione superius in cura meri narrata sunt per os sumpta secundum omnem modum et cum elytre reimmilla et emplastrata cuaporata et vicia.

Et ex cōpositis ē sūfuf quod fit ex semine anisi :ameos rure:calamēto sicco ⁊ castoreo: ⁊ spica nardi. Eūaporatō nuans illos quibus accidit inflatio ex colera nigra. R. poli camomille florū sāsuci: seminis ru. et bacharū lau. ana partes equales ⁊ buliant: ⁊ decoquantur i aceto deinde infusa spongia vel filtro in eo fiat euaporatio. In gūctum dissoluēs vctositatē ⁊ inflationē stomachi. R. nigelle granorū lauri: rute sicce ana partē. i. infundantur in aqua ⁊ coquantur in ea: ⁊ oleo veteri ana partes equales. Itē oleū nardinū cū puluere casto. ē vltimū ⁊ ē vna ym. Item clistere ad idē. R. p̄dicta ⁊ adde semis anisi seni. carui apij ana. ʒ. ʒ. rute aristologie rotunde ana. ʒ. ij. coquatur i vino veteri ⁊ aqua ⁊ addito melle ⁊ sale cōi sufficientis q̄ntatē fiat clister. Pul. ad cōfortandum digestionē ⁊ expellendā vctositatē conferens inflatōi ⁊ rugurū ⁊ tipamit. R. cinamomi electi. ʒ. iij. nucif. macil gare zingibens zedoarie doronigi galange cardamomi ana. ʒ. i. spice. ʒ. i. ani. fenil. cimimi añ. ʒ. ʒ. croci ʒ. ij. vtatur in abis ⁊ fassamentis: ⁊ clare. d.

Capitulum duodecimum de stomachi percussione ⁊ obuiatione ⁊ casu supra stomachi ⁊ cura.

Elenitate

Stomaci obmittentes hic eo quod isra vsqz ad capitulum d liente ria referuam de solutiōibus continuitatis stomachi. nūc dicamus ⁊ q̄ illi generis sūt sci edū igitur q̄tigit vt hō pecciat sup sto-

maci vel obuiet alicui rei dure vt cadat sup eū ex quo s̄b stāta ei q̄nditur vt relaxat disgregatur ⁊ d̄bilitatur ma xie si cibo repletus fuerit. Et cā q̄ exterior est māifesta: ⁊ eius signū est cause inuentio dolor ⁊ nausea. Cura ei⁹ ē q̄qz res. Prima est euacuatio repletōis si que fuerit in stomacho ⁊ toto corpore. Secūda est cōfortatio stomachi ⁊ reunitio ei⁹ substātie disgregate vt nō recipiat si quod mittitur. Tertia est resolutio eius quod recipit vel tra em̄s fuit. Quarta est regumē. Quinta est accidētūz cor rectio. Prima rez cōplēt vomitus si cibo fuerit repletus: deinde flebothomia de nigra vt corporis repletō euacuetur si adsit: vel si nō sit mēbra corporis reddātur auara imittēdo ad ipsūz dolorosūz ⁊ debilitatū. Inquit em̄s. Ha. flebothomamus nō solūz in multitudine: s̄z et in magnitudine egritudinis cōmodatiōe humorū existē te. Secūda ⁊ tertiaz cōplēt medicīne s̄ptice aromaticē ⁊ odorifere ⁊ resolutiue simul quas enumerauim⁹ supra de cura meri exterioris ⁊ interioris appropimate. Et ex his que in principio appropimate sunt est substātia absin thii decocti in oleo ro. ⁊ cathaplasmati desup. Cōfortat em̄s ⁊ p̄hibet fluxū humorū: ⁊ dolorēz sedat trahentem. Deinde vero fiat emplūz quod est. R. pomoz de sem de cocoz in vino s̄ptico ⁊ aromatico vsqz ad dissolutio nez. Deinde terantur ⁊ sumātur ex eis. ʒ. i. laudani. ʒ. x. rosaz. ʒ. viii. aldes. ʒ. vi. absinthii. ʒ. v. mumie ʒ. iiii. aggre gētur oia trita cū succo arnoglose ⁊ folioz cypressi ⁊ oleo de lilio ⁊ masticino ⁊ emplastrētur ⁊ stringātur supra sto

macū tepida ⁊ teneātur p̄ dies. viii. Ex eis aut que inte rius apponūtur ad has intētiōes est medicamen nostrū dictū in antidotario nostro cap. de reubarbaro: qd̄ confi cū ex mumia rubea tinctorum ⁊ vino s̄ptico: ⁊ iterum medicamen ex granis nasturcii nutritus in succo citonio ruz qd̄ in loco consolatiōis medicinarum scripsimus

Quarta rez cōplēt administratio cibi: ⁊ potus facilis digestionis boni chimi ⁊ paucarūz supflutatū s̄ptici ⁊ aromatici: vt sunt carnes p̄dicūz arceaz turdoz de mir ta turturūz ⁊ capreoloz ⁊ similiū: vinū s̄pticum ⁊ arōa ticū ⁊ rubeū limphatū mediocriter cū aqua pluuiali vel ferrata. ⁊ opz vt sint pauce quantitates: ⁊ quies somnus ⁊ letitia ⁊ gaudium tēperatū ⁊ oia in loco aeris tēperati.

Quinta rez cōplēt que dolorēz ⁊ nauseaz sedant: que oia infra dicentur si xp̄us voluerit qui sit benedictus.

Abd. mumia cū aqua cimi. ad debilitatē stomachi ⁊ ca sum supra pectus stomachi ⁊ epar cū duobus dauich: de luto ar. apposita est efficac⁹ ⁊ experta.

Capitulum 3. de solutione continuitatis stomachi ⁊ vl ceribus ⁊ ruptura ⁊ eius cura.

Cidit stomacho egritudo cōmunis sue vni tatis substātiā soluēs sicut ē solutio conti nui simplex vt plaga punctura incisio ⁊ hu iusmodi: aut composita vt est vlceraatio. Est

autē aut superficialis vt excoziatio vel medium tuni ce scindens tantum: aut profunda penetrans tunicā seu pelliculam aut ambas vt ruptura. Et simplicis causa est duplex interior ⁊ exterior. Interior est humor i sui sub stantiam perforans ⁊ penetrans sua acuitate: aut sua q̄ titate repellendo ⁊ extendendo scindens. aut ventositas interclusa petens exitum. Exterior est duplex intus suz pta vel exterioris adueniens itus sumpta est res acuta vt os acutum spina vel vitrum. Exterioris adueniens est si cut percussio cum cultello incidente vel cultello pungē te: ⁊ superficialis causa exterior est cibus medicine acu ate: aut humor descendens in eum acutus vt in catarris contingit absque perseuerantia. Profunda vero cau sa est humor acutus ibi descendens cū perdurātia quaz diu perueniat ad fundum tunicarum alterius vel am barum. Causa vero composita. vlceraatiōis est duplex interior ⁊ exterior: interior est apertio apostematis vel bothoz: aut plaga faciēs sanic: aut humor: corrosiu⁹ adu slus descendens in eum vt in catarris: contingit: aut in hibitus corruptus ⁊ putrefactus propter quod acquisi uit virtutem corrosiuam que vlcerauit ipsum. Exterior or est res que partem de sua substātia scindendo aspor tant ⁊ est māifesta. Signa simplicis solutionis sunt: do lor ⁊ ardor proprieal. post transglutionem rei acute vt ē acetum ⁊ sinapis: ⁊ exitus quandoque sanguinis: ⁊ ap paritio in vomitu vel secessu: ⁊ si sit in humore acuto of tendit lingue infectio ex eo: ⁊ sapor amarus ⁊ acutus: ⁊ ardor: ⁊ fumosa eructatio ⁊ acuta: ⁊ stomachi inflatio ⁊ angustia: ⁊ sitis absque quod sumatur res acuta: ⁊ ipsi⁹ apparitio in vomitu vel secessu. Si vero sit ab extrinse ca causa ostendit eius inuentō que precessit: ⁊ superficia lis signum est exitus corticis quandoque: ⁊ si est a cibo acuto vel mediam ostendit eius inuentio que precessit ⁊ si est a catarro icipiente et ofidit inuentio ei⁹ ⁊ q̄ nō ē diu q̄ icipit ⁊ si ē p̄fuda sig. ē catar. acut⁹ inētus q̄ diu flux. si ē a cā itriseca. Signū ē vlceraationis stomachi est dolo

& proprie eo modo ut dictum est contingens: & fetor: in eructatione cum elevatione vaporis facit currere siccitate lingue et oris: & si sit penetratiua est incontinētia cibi & potus quare egreditur & colligitur in vacuū ventris & quicquid fetor & appetitō saniet & corrupti hūoris: & corrosiui i vomitu vel secessu. Et si sit superficialis declarat eā exitus corticis & apparitio ipsi vomitu vel secessu absque quod sit excoꝛiatio vel vlceratio i meri cuius signa distinctiua sup̄ dicitur vel i testis cuius signa distinctiua h̄ sibi iuge. Si vero sit profunda: & sit a causa extrinseca ostendit eā iuentio eius: & partem ablate: & i continētia cibi & potus: & exitus eius ex ad exteriora. Sed signū distinctiuū quod sit i officio stomachi vel in fundo eius sumitur a tempore doloris: & a loco doloris quāitate ipsi ab accidentibus: & a concomitantibus. A tempore doloris: nā si sit in ore stōaci dolor est statim post trāsglutionē rei acute. Si i fundo dolor est post quēdā cibū i eo. A loco nā si sit in ore: dolor est i inferiori ventre circa furculam pectoris inferiorem. si in fundo dolor est circa vmbilicū declinās ad partem dextrā vētris seu i pōcūdrum dextrū. A quāitate nam si sit i ore est dolor fortior quod si fuerit in fundo ab exitibus: nā si sit in ore cortex & sanies magis exhibēt cū vomitu. si in fundo magis cū secessu. A concomitantibus. Nam si sit in ore mūtatio āp̄elitur apparitio sudoris frigidi: & extremorū frigiditas & sincopis est magis quod si sit i fundo. Signa vero distinctiua iter vlcerationem meri & solutionē eius: & stōaci que cōicere vidētur siml̄ superius in cura meri habuisti. Sed signa distinguenti ainter solutionem & vlcerationē stomachi & proprie fundi eius & intestinorū graciliū superiorū sunt valde difficilia ppter propinquitatē vel colligantia: quare oportet vt subtiliter inuestiges & p̄p̄e scire poterit ex quāitate doloris loco exitibus & cōcomitantibus. Ex quāitate doloris: quod fortior vel acutior est si i fundo stomachi fuerit. Ex loco: quod si sit i intestinis gracilibus est locus doloris quod fortior vel acutior est si i fundo stomachi fuerit. Ex loco etiā: quod si sit i intestinis est locus doloris magis infra ad vmbilicū declinās: ex exitibus quod cortex ex intestinis gracilibus est magis subtilis: & frequētior quod si sit ex stomacho: ex cōcomitantibus nā sudoris & extremitatū frigiditas & sincopis erit minor si sit i intestinis gracilibus quod si fuerit i stomacho: si vero sit i grossis intestinis dolor declarat & distinguit locus doloris quod inferior sub vmbilico: & quātitas: quod minor & exitiua nō sunt pmixta vt i aliis & cōcomitantia sunt minus cōtingentia i eis. Inquit Hippo. solutio cōtinuitatis stōaci & icisio est mortalis. Subdit Galie. verū est si sit profunda & penetratiua: si vero nō sit profunda & penetratiua est curabilis: & addit si sit superficialis facile curat si sit profunda & penetratiua difficile.

Era duplex est i cura eius iunctio vltis & particularis vniuersalis respicit totū corp̄: & est quadruplex. Prima est rectificatio totius corp̄is & etiā mediū catariātis si quod sit. Secūda est diuersio hūoris vbi mittat vel trahat ad stōacū lesus & passus. Tertia est regis obiti & fortissimi ordiatio. quarta est antiū correctio. Prima res cōplet euacuatiua & alterantia distrahiā corp̄is & mēbrū: euacuatiua sūt phlebotomia si peccatū est i sanguine vel sarmatia si peccatū sit hūoris alterius cū pmissiōe digestiōis ipsi quod sunt nota. Alteratio fit cū frigidis obtūdentibus acuitatē hūoris & hūidus inspissati b̄ subtilitate hūorū vt nō valeat p̄forare: & etiā alteranti b̄ distrahiā corp̄is calidi: & mēbrū catariātis vel cū ca-

lidis temperatis si fuerit hūorū vctosus. Secūda res cōplet fricatiōes extremitatū cōpressiōes dolorosae: & somnolantēs mordaces: & alia sup̄ narrata i curra catarr̄: & aliis locis. Tertia res cōplet habitare i locis tempati aeris de cluis ad siccitatē: & quies & somn̄ & cib̄ paucus facit digestiōis boni chimi & stiptici que diximus in p̄mo cap̄: & potus silr sit: vini rubei & stiptici liphati cū aqua ferri: & pauci vt nō repleat & extēdat: & mollificat sua substantia & aie accidētia temperata. Quarta res cōplet anodia mitigatiua doloris: & quod curat sincopis: & ludorē diafoꝛeticū quod sup̄ habuisti i cura cordis: & calefaciētia extrema frigida vt iut somēta & calefactoria nota. Particularis vero respicit mēbrū patiens & passionē eius. i. solutionē cōtinuā: & si quidem sit simplex non profunda vnicā erit intentio. i. reuolutio & cōglutinatio & solidatio: sed si sit superficialis illas complent stiptica ex cibis: & potibus: & medicis quod fuerunt enarrata si vero profunda illa cōplet pōtica ex medicis interiis & exterius appōximatis. Tales autem medicine sunt simplices & compositae: quas infra iesu xpi gratia mediante dicemus: nunc vero simplices: & sunt balaustra granatū tribuli alcāna: aluēn & pira sicca & p̄p̄e siluestria. Adalgis stiptica vt barba hircina ligua arietis: & in ātūa nō est melior: ea cauda equina ipoquifidos. Et glutinanta vt lutum armenum quod est mirabile in re vlcērum & prohibet ambulationem putredinis & lutum sigillatū & m̄ & cortex eius & mastix gummi: dragagati: & arabici: & zarrur: & que sigillat vt sunt galle & similia: & omnia que diximus in cura fluxus san. narum & in decollatiōe medicinarum ad fluxus catarr̄: ex quibus aliqua sunt appōximanda interiis: aliqua exterius que sunt nota: si vero fuerit composita & vlcerosa duplex erit intentio. i. mundificatio pama secūda consolidatio. Adānam rem cōplent abstergentia non fortia & acuta que addant in vice re: sed suauia: vt est iulep: vel aqua mellis: vel gelembi vel aqua passularum: que sunt cōuenientes stomacho. Et quandoque castafistula vbi est necessaria ventris solutio. Nam cum hoc quod mundificat facit solutionem facilem: nec trahit ad stomachum aliquid. Et si materia fuerit viscosa & adherens: quia fuerit salsa: sicut cum aqua caulium: vel oliuarum salitarum: que etiam confortata re habent ipsum vbi aqua passularum vel castafistula nō sufficeret. Inquit. B. vulnera non sanantur: nisi perfecte exsiccentur: & mundificatio eorum exsiccatio est: quod si fuerit illic corrosio: & caro mortua oportet quod mundificetur cum medicamine proprio adhuc icarnatiuo: quale est aleos solus: vel ierapigra. B. simplex que mundificat & abstergit & confortat vt non recipiat: nec trahat ab aliis mēbris non at ierapigra magne descriptiōis: vt est iera colouintide logodion & similes quoniam habet in se res acutas mordicantes vlcērantes: & trahentes ab aliis mēbris ad stomachum: & deinde detur lac: acetosū vaccinū quia lauat & stipticat vel sirupus de absinthio & de eupatorio quia mundificant & stipticant. Et vltimo administrēs rob de fructibus stipticis superius nominatis: & cū eis oportet vt administrēs icarnantia vt est ieros thūs album mastix & filia. Et cū vlcera sint in orificio eius: administrēs cōglutinantia que teneant medicamen superius: & non permittant ipsius descendere ab eo ad eius fundum cito: vt est gummi dragantum cuius paucos seminis raphani: & lutum sigillatum: & armenum: & p

proci cum fuerit ibi exitus sanguinis. Et fortiores sunt troci. de iera sigillata et de karabe in nostro antidotario tibi traditi. Et cum fuerit ibi dolor fortis oportet ut mi seas aliquid filonij, vel seminis papaueris et portulace: quia sedant stipticando. Emplastrum Diabasi conferes rupturis intrinsecis: et solutionibus continuitatis exper tum et efficacis si deus voluerit. ℞. litargiri: opij lapidis ematis sanguinis draconis: et hominis recentis galbani mastice thuris costi boliarmeni: lumbri corum ter restrium: mumie armoniaci añ. ℥. quartum, picis naua lis: et grece cere albe: et rubee: añ. ℥. 5. rosarum mirte car damomi aloes: añ. ℥. 5. coloquintide: palme marine adu ste galle: balaustrari aristologie longe refine solide me die: et minoris: ana. ℥. i. visci quercini. ℥. 5. fiat sic decoque pelle edina in aqua donec tota dissoluatur et ipsa aq̄ co lectur: et fortiter p̄matur: et omnia alia terenda terantur: et liquefacienda liquefiat: et lumbri bene contriti cum aqua predicta et viscus fortius misceant: et icorpozent oia bene: donec veniat ad spissitudinem emplasti: et applicetur. Item emplastrum in pmo capitulo posium est san num et exptus. Et vnguenta posita supra capitulo de cu ra solutionis continuitatis meri. Alboaly sirup⁹ de yua cō ferens ad egritudines gutturis et apostema quod fit in eo et vlcere factis i stomacho: sumant succi yue p̄dice li. vi. et decoquatur vsq̄ ad tertia: et fundat super ipsum mel lis lib. i. et sumac: et radicem liquiritie: gallarum balau strarum: superioris rosarum añ. ℥. i. festarum. i. croci. ℥. ij. mir te aluminis iameni añ. ℥. i. decoq̄ et colat: et vsui reseruat.

Capitulum decimum quartum de medicinis aposte matum stomachi.

Arca apostema stomachi sciendum: est quod apostematuz stomachi: quoddam fieri contingit in superiori parte scilicet circa orificium eius quoddam in inferiori. scilicet circa fundum: quoddam in variete: seu tunica eius intrinseca: quoddam in exteri ori et quoddam in parte posteriori: que respicit dorsum quoddam in anteriori que respicit ventrem: et lacertos eius quoddam i toto et raro contingit: et plurimum est mor tale. Et ex causis ipsius specialibus: est dolor antiquat⁹ stomacho: et motus fortis adueniens ei ex pharmaco soluti no malitioso quod trahendo ad ipsum ex partibus cor poris humores et debilitando ipsum in eo retineri et col ligi operatur et vomitus frequens et difficilis: et maxime intemperate sc̄us vt puta in principio morbi alicui: pu ta febri sc̄us in quo materiam indigesta grossa: et visco sa cum difficultate vomedi ad stomachum trahitur: et p̄ sui viscositate: et adherentia stomachi pre debilitate non potest expelli: vnde corpus eius apostematatur sicut dixit Alboali. Signa. Generum eius si sit calidum: vel frigi dum ex generalibus habentur quod: si sit calidum dolor erit acutior et febris et sitis. si frigidum e contra. Sed signa specieg eius ex pte matie ex qua i se sectioe postp̄oim⁹ dicit. Signa vero specialia ex pte matie in qua: siue localia: ex parte apostematis scilicet existentis in superiori parte sto machi circa orificium sunt propria vt dolor magnus: et p pte post assumptionem cibi statim: et tumor circa furcu lam nocentum desiderij: et appetitus: et ex concomi tantibus sunt spasmus cum alienatione si sit calidum: et cum subeth et stupore si sit frigidum: et pulsus cordis fri giditas extremitatum sudor frigidus: et sincopis magis

ueniens et est malum signum. Si vero sit in fundo dolor minor et proprie post assumptionem cibi per horam tumor versus ipocundrium malitia digestionis: et cum alioruz accidentium apparitione minor. Et si est circa interio rem tunicam dolor erit maior et apud assumptionem cibi augetur: magis quod si fuerit in exteriori et tumor minus apparens tactu. Si vero in exteriori fiat e contra erunt signa. similiter si in parte posteriori versus dorsum tu mor non erit perceptus sc̄us et dolor in dorso et versus eum Si vero in parte anteriori que respicit ventrem esset magis exterius apparens et dolor in furcula: et versus lacer tos ventris in perioris.

